



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 74. Franciscanus a Sultano ad Papam missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

coloraret, prætenſas eorum vexationes, Sæcul. XVI. A. C. 1504.
 ac Venetorum querelas lubens excepit, rumoremque ſparſit, ſe Jerofolymitanas
 ædes, ſacrum Chriſti ſepulchrum, &
 Divæ Catharinæ in Monte Sinai mona-
 ſterium funditus everſurum, necnon cun-
 ctas Sanctorum reliquias in aerem ſpar-
 ſurum, omnesque Chriſtianos in ſuis di-
 tionibus ad amplectendam Mahometis
 ſectam compulſurum, niſi Luſitani præ-
 ſtituto tempore inde excederent: Inſu-
 per conqueſtus eſt de injuria a Ferdinan-
 do Rege Catholico Mauris illata, eo-
 quod illos aut patria expulſiſſet, aut Gra-
 natenſi urbe occupata ad Chriſtianorum
 ſacra coegiſſet, nec minus Emanuelem
 Luſitaniæ Regem incuſabat, Mauros ab
 eo indies vexari, atque Orientalis maris
 commercio præpediri, ſimulque Princi-
 pum, qui in Indiis imperarent, nec ſan-
 guini, nec bonis parci.

§. LXXIV.

*Franciſcanus a Sultano ad Papam
 miſſus.*

Ne vero Sultanus harum comminatio- Barros dec. I
 num propoſitum exequeretur, Fran- 1.8 c. 2. § 3.
 ciſcanus quidam, S. Catharinæ Fratri-
 bus in monte Sion Jerofolymis præpoſi-
 tus, nomine Sultani Papam adire ſpon-
 det, ut eum ad reparandas, quas Hispa-
 niæ, Hiſt. Eccleſ. Tom. XXXI. N n nus,

Sæcul. XVI. nus, & Lusitanus Reges Indis intulissent,
A.C. 1504. injurias induceret. Annuit Sultanus, ei-
 demque literas ad Papam deferendas
 tradidit: Ergo Franciscanus Romam
 delatus, Sultani minas exponit, omnes-
 que, quos alloquendi copiam habebat,
 terrore replet, quapropter Pontifex, ut
 iratum, si posset, placaret, Monachum
 cum iisdem Sultani literis in Hispaniam,
 ac Lusitaniam ad Ferdinandum, & Ema-
 nuelem ablegat, ut, quid respondendum,
 quidve agendum esset, considerarent. E-
 manuel cunctas hasce minas negligens,
 Franciscano respondit, quod ad sedan-
 dam Sultani indignationem omnibus Lu-
 sitanorum viribus prævaleant emolumen-
 ta, eaque amplissima, quæ ille ex Chri-
 stianorum peregrinationibus ad loca sac-
 cra corradere solet; his dictis Monachum
 largis eleemosynis in Terram sanctam
 deferendis auctum, ad summum Ponti-
 ficem remisit unacum literis, quibus
 Pontifici hæc significavit, „doleo, quod
 „ non majorem Sultano dederim expo-
 „ stulationis occasionem, spero tamen,
 „ directurum ita Deum arma mea, ut ea
 „ etiam ad Mechæ, & sepulchri Ma-
 „ hometis everfionem pertingant; inte-
 „ rim vero Sanctitatem vestram iterum
 „ iterumque obtestor, ut omnes Prin-
 „ cipes Christianos excitare velit, qua-
 „ tenus & ipsi ad tam pium opus am-
 „ mos

„ mos viresque jungant. „ Porro Mo-
 nachus in Ægyptum reversus, legatio-
 nis suæ rationem reddidit, nec tamen
 propterea Sultanus, quæ minatus fue-
 rat, executus est.

§. LXXV.

*Lusitani a pace cum Venetis penitus
 alieni.*

Cum autem Veneti aromatum, quæ *Marian. lib.*
 cum ingenti quæstu per omnes Pro-
 vincias divendebant, commercium a
 Lusitanis interceptum summopere dole-
 rent, cum æmulis suis concordiam inire,
 eosque in lucri partem admittere consti-
 tuebant; hanc in rem cum Ferdinando
 Hispaniarum Rege agebant, ut cum Ema-
 nuele Lusitano genero suo conferens, has
 controversias componeret: verum is ope-
 ram ea in re perdidit; quippe lucri cupi-
 ditas Lusitanorum aures obturavit.

§. LXXVI.

*Ingens Lusitani Regis propagandæ
 Fidei studium.*

Ceterum Emanuel non solum, ut in *Oforius l. 3.*
 Regno suo vel maxime commercia *Maffæus l. 3.*
 florerent, intentus erat, sed etiam po-
 tissima sollicitudo ejus animum occupa-
 bat, ut per omnes Regiones, quæ illius